

inhibemus, ne quis in rebus praenominatis molestias eis inferat vel gravamen. Quod si quis attemptaverit, cum Iuda traditore et Anania et Saphira, qui de agri pretio fraudaverunt, aeternis suppliciiis deputetur.

Copialb. fol. 13.

a) Blochwitz, Eph. Grossenhain. b) Schönborn, Par. Lampertswalde. c) Linz, Eph. Grossenhain. d) W. M.; der Name ist erhalten in dem im G.A. Grossenhain gelegenen Raschwitzwalde. e) Mühlbach, Par. Lampertswalde. f) Querse, Par. Lampertswalde. g) Brockwitz, Par. Lampertswalde.

No. 390<sup>b</sup>. Um 1222. <sup>1)</sup>

*Der Scholasticus und ein Domherr von Meissen legen in Folge Auftrags des päpstlichen Legaten Gregorius de Crescentio einen Streit zwischen dem Presbyter Thuringus und dem Kreuzkloster wegen 8 Hufen in Lupsitz (Löbschütz) und Thurinsdorf durch Vergleich bei.*

H. dei gratia scolasticus et A. canon. Misn. omnibus Christi fidelibus hanc cartulam inspecturis salutem in domino Ihesu Christo. Noverit universitas vestra, quod cum de mandato domini G. de Crescentio apostolicae sedis legati in causa, quae inter dominum Thuringum presbyterum et monasterium sanctae Crucis in Misna vertebatur aliquando super IIII mansos in Lupsitz et IIII in Thurinsdorf qui fuerant C. quondam militis patrum eiusdem Thuringi, nostrae inquisitionis labor intenderet, post dicta aliqua et responsa de consensu partium dicti videlicet Thur. et H. praepositi loci, qui pro monasterio respondebat, viam tandem compositionis ingressi ad pacem ipsos et concordiam reduximus in hunc modum: Thuringus presbyter reddita commissionis littera in manu praepositi renunciavit omni iuri, quod sibi in praedictis VIII. mansis vel in aliquota eorundem parte ad praesens vel in posterum posset competere, et data in manibus nostris fide promisit, quod pro hac causa monasterium ipsum nullo umquam tempore molestabit, praepositus vero ipsi Thuringo in recompensationem iuris sui, si quod vel haberet vel habiturus esset in dictis mansis, tres marcas et fertonem argenti praesentibus nobis solvit. Ut autem apud posteros huius compositionis notitia indubitata permaneat, hanc cartulam sigillorum nostrorum inpressione firmatam ipsi monasterio porreximus ad cautelam.

Copialb. fol. 12<sup>b</sup>.

<sup>1)</sup> In diesem Jahre war der Legat in Meissen. S. Urk. vom 14. Sept. 1225 S. 297.

No. 392<sup>b</sup>. 1224. 20. Juli.

*König Heinrich VII. genehmigt nachträglich die durch Landgraf Ludwig von Thüringen in Vormundschaft des Markgrafen Heinrich erfolgte Ueberweisung des Dorfes Daubnitz an das Kreuzkloster.*  
Vgl. No. 390.

H. dei gratia Romanorum rex et semper Augustus. Universis imperii fidelibus quibus hae litterae ostensae fuerint gratiam suam et omne bonum. Significamus